



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

621. Ubinam, & à quibus materia hæc de Archidiacono tractetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



TRACTATUS IV.
DE
ARCHIDIACONO.
CAPVT PRIMVM.
DE NOMINE, DIGNITATE, QUALITATIBVS ARCHIDIACONI,
EORUMQUE NUMERO.

Questio 621. Vbinam, & à quibus materia hæc de Archidiacono ex professo tractetur?

Respond. Exstat in Jure Canonico specialis titulus, nempe 23. l. 1. de officio Archidiaconi. ad quem locum materiam hanc plenissime tractant Laym. in singula memorati tit. Capita. Fagn. in c. ad hæc. & in c. significasti. ad eundem rit. Pirh. §§. duobus. Tellez. Gonz. nec non ceteri, qui ordinatè in singulos Juris Canonici titulos & Capita commentantur. Præter hos hanc quoque materiam ex professo prosequuntur Azor. Inst. mor. p. 2. l. 3. c. 14. Lotterius de re beneficiaria. l. 3. q. 7. à num. 33. & l. 1. q. 16. à num. 106. & q. 28. à num. 119. Garc. de benef. p. 7. c. 7. num. 36. Card. Tusch. Lit. A. concl. 482. Riccius in collect. decis. p. 5. collect. 1618. Barbof. jur. eccl. l. 1. c. 24. Conrad. in templ. omn. iudic. l. 2. c. 8. Durand. in Specul. iuris l. 4. sub rit. de off. Archid. Michael Ferrus tract. de præcedentiâ eccl. q. 5. per tot. Didac. de Narbon. de arat. ad omnes actus hãm. requisit. ann. 25. q. 61. Sebast. Cæsar. de eccl. hierarch. p. 3. d. 12. §. 1. Germon. de Sacror. immunit. l. 3. c. 3. Anton. Fabric. in pr. eccl. benef. tit. de benef. cum Dignit. à num. 23. Pignat. in consult. suis sparsim. Laurent. Drip. in suo Specul. Archid. & alii plures apud Barbosam.

Questio 622. Vnde nomen Archidiaconi, & quid importet?

Respond. Nomen hoc deductum & compositum ex vocalibus Græcis ἀρχος, quod principium, & δίακονος quod ministerium sonat. Fermolin. ad rubric. de off. Archid. Fagn. in c. ad hæc. cod. tit. n. 7. Barbof. loc. cit. num. 1. & alii passim post Host. in sum. h. t. §. & unde dicatur. Importat Diaconorum seu ministrorum primum & veluti præfectum AA. idem u. citatis. Pirh. ad h. tit. n. 1. Azor. p. 2. l. 3. c. 14. q. 1. Quippe jam à temporibus

Apostolorum in urbibus singulis, quibus præficiēbatur Episcopus, septem constituebantur diaconi (ut dicitur c. Diaconi. il. 2. dist. 93.) ex quibus antiquior appellabatur Archidiaconus, cujus officium erat, ut ceteri diaconi ritè suo munere fungerentur. Azor. loc. cit. & ex eo Pirh. loc. cit. item imperare hypodiaconis, eosque ad altaris ministerium instruere, bona ecclesiastica (ut colligitur ex cap. 6. Act. Apostolor.) administrare & dispensare. Laym. ad c. 1. h. t. num. 1. & ex eo Pirh. loc. cit.

Questio 623. Quenam aliis Archidiacono tribuantur nomina & tituli?

1. Respond. primò: Vocatur oculus Episcopi. Lotter. l. 3. q. 7. num. 33. Fagn. in c. ad hæc. h. tit. n. 26. Barbof. cit. c. 24. n. 12. Sbroz. de off. Vicar. l. 1. q. 36. num. 10. juxta expressum textum c. Diaconi il. 1. dist. 93. & c. Diaconi il. 2. ead. dist. & c. ad hæc. h. t. & Trident. sess. 24. c. 12. de reform. Idque quia Vice-Episcopi cuncta observat & circumlustrat, ut Lotter. loc. cit. sive quia per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigit & emendat, ut Fagn. loc. cit. juxta quod dicitur cit. c. Diaconi. il. 1. aberrantes & circumlustrantes verecundis oculis actus totius ecclesiæ & perferuntantes diligentius, si quem videant vicinum fieri precipitio, & proximum esse peccato, ut referant ad Episcopum &c.

2. Secundò dicitur Vicarius Episcopi natus, Barbof. jur. eccl. l. 1. c. 24. n. 34. Card. de Luca de benef. d. 46. n. 5. Laym. in c. 1. h. t. n. 3. Cuch. Inst. major. l. 2. tit. 9. de off. Archiepisc. num. 10. ed quòd à lege ipsa nullo facto aut ministerio Episcopi constituatur Vicarius. Barbof. loc. cit. sive quia Archidiaconus ipso jure est Vicarius Episcopi, dum Vicariatùs officium ipsi dignitati Archidiaconali ita à jure, seu ex privilegio Canonis annexum sit, ut ei auferri nequeat Laym. loc. cit. Fagn. in c. ad hæc. h. t. n. 32. Unde

X

3. Ter-